



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Prefatio Jsidori in sequens opus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



Reuerendissimo pape Damaso Aurelius Carthaginensis episcopus. Gloriam apostolice sedis, & vestre sublimitatis gratia nra humilitas exorat, vt statuta que reperire poteritis post sine beati principis apostolorum Petri vsq; ad vestre sanctitatis principium, iuxta apostolice sedis auctoritate, qua cognouimus per vestre sapientie sanctitate gubernari nobis scripta mittere dignemini. Quatinus per vestre sanctitatis nobilitate, atq; prudentia nosse valeamus, q in prefata sancta sede supradictis temporibus sunt decreta, & qui aduersus canonum apostolorum instituta gesserunt cognoscatur, Bene valete sanctissime papa, & orate pro nobis amatissime pater. Data. 8. Kalend. Martij, & lecta Romę Nonas Maij.

Rescriptum Damasi ad Aurelium Carthaginensem episcopum.

Beatissimo fratri, & coepiscopo Aurelio Damasus, scripta sanctitatis tue debita veneratione suscepimus. In quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam apostolicam instituta (vt dignum erat) cognouimus. Qua de re quedam ex his que petisti misimus, & quedam adhuc cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri principis apostolorum, sine predecessorum nostrorum pretermisimus, de quibus statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum & foelicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Que te & custodire optamus, & alijs predicanda, ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inuiolate debita veneratione custodiatur, & inuiolate seruetur, atq; ab omnibus futuris temporibus diligenter veneretur, quia violatores voluntarie canonum grauitur a sanctis patribus iudicatur, & a spiritu sancto (cuius instinctu ac dono dictati sunt) danatur, quonia blasphemare spiritum sanctum non incogruere videtur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libere (vt prefixum est) aliquid proterue agunt, aut loqui presumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphematum spiritum sanctum, quoniam (vt iam prelibatum est) contra eum agit cuius impulsu & gratia, ipse sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerisque subtiliter fallere solet, & ita quorundam imprudentia per similitudinem pietatis seipsum illudit, vt pro salutaribus nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum canonum qui sunt spiritu dei conditi, & totius reuerentia consecrati fideliter a nobis est scienda, & diligenter tractanda, ne quomodo sanctorum patrum statuta absque inuitabili necessitate (quod absit) transgrediamur, sed fidelissime per ea gradietes, cum eis qui eos instinctu condiderunt diuino in mercedis gloria, & laboris cumulum eorum meritis auxiliante domino habere mereamur. His itaque rite deliberatis, & ad ecclesiarum vestrarum notitiam nra deliberatione perlatis, parere vos eorundem sanctorum canonum regulis summopere conuenit, ne in aliquo eis obuiare quorundam ignauia faciat, sed vestra sapientia & sana doctrina que cupit vos per omnia placere deo illis coheredes & participes celestis regni in sedibus fideles cooperatorum ostendat. Data. 16. kalend. Junij, Gratiano & Cirilio, iiii. consulibus.

Prefatio Isidori in sequens opus.



Isidorus Seruus Christi lectori cōseruo suo. & parēti in domino fideli salutem. Compellor a multis tam episcopis, quam reliquis seruis Christi canonum sententias colligere, & in vno volumine redigere, & de multis vnum facere, Sed hoc oppido conturbat, quod diuerse interpretationes varias sententias faciunt, & licet vnus sit sensus, diuerse tamen sunt sententie, & alie longiores, alie breuiiores. Ea vero concilia que greco sunt adita stilo, amplius tripliciter, aut quadrupliciter interpretata, atque conscripta reperimus. Quod si veritas est quarenda et pluribus, grecorum sequamur stilum, eorumque imitemur dictiones, atque exemplaria, Sin minus, ipsi dicant atque exponant quibus tot sunt exemplaria, que codices. Nobis tamen videtur cum in nostro discrepauerint sermone, vt vnitas, & veritas ab ipsis quarenda sit, quoniam lingua adita esse noscitur, Quod & nos fecimus, & sicut a ueris eorum reperimus magistris, in volumine cui hec preponitur prefatiuncula inferere curauimus. Canon autem grece latine regula nuncupatur, Regula autem dicta quod recte ducit, nec aliquam aliorum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, uel quod regat, uel quod normam viuendi prebeat, siue quod distortum, prauitque quod corrigat. Synodum autem ex greco interpretari comitatum, uel cetum, Concilium vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in vnum omnes dirigat mentis obtutum, Cilia enim oculorum sunt. Vnde & qui sibi met diffentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt vnum. Cetus vero conuentus est, nel congregatio a conuendo, id est conueniendo in vnum, vnde & conuentus est nuncupatus, quod omnes ibi conueniunt, sicut conuentus cetus, uel concilium a societate multorum in vnum. In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebratur posuimus, vt qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciatur qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant quod iusto, canonicoque, atque sapientissimo consilio iudicauerint. Denique propter

propter eorū auctoritatē ceteris cōcilijs preposuimus canones qui dicuntur apostolorū, licet a quibusdā apocriphi dicantur, quā plures eos recipiūt, & sancti patres eorū sententijs synodali auctoritate roborauerūt, & inter canonicas posuerūt cōstitutiones. Deinde quarūdā epistolarū decreta virorū apostolicorū inseruimus, id est Clemētis, Anacleti, Euaristi, & ceterorū apostolicorū quos potuimus hactenus reperire epistolas vsq; ad Siluestrū papā, Postmodū vero Nicenam synodū cōstitui-
mus prop̄ auctoritatē eiusdē magni cōciliij, Deinceps diuersorū cōciliorū grecorū, & latinorū, siue que antea, seu que postmodū facta sunt sub ordine numerorū, ac tēporū capitulis suis distincta sub huius voluminis aspectu locamus, subiiciētes etiā reliqua decreta p̄sulū Romanorū vsq; ad sanctū Gregoriū, & quasdā epistolas ipsius in quibus pro culmine sedis apostolice nō impar cōciliorū extat auctoritas, quatinus ecclesiastici ordinis disciplina in vnū a nobis coacta, atq; digesta & sancti p̄sules paternis instituatur regulis, & obediētes ecclesie ministri, vel populi spiritualibus imbuantur exēplis, & nō malorū hoīm prauitatibus decipiatur, Multi enim prauitate & cupiditate depressi accusantes sacerdotes oppresserūt, Ideo sancti p̄ses leges cōstituerūt quas sc̄tos canones appellauerūt, Multi ergo idcirco alios accusant, vt se per illos excusent, aut eorū bonis dicentur. Pleriq; vero boni Christiani propterea tacent, & portāt aliorū peccata q̄ nouerūt, quia documētis sepe deserūtur quibus ea q̄ ipsi sciūt iudicijs ecclesiasticis probare nō possunt, quā licet vera sint q̄dā, nō tū iudicijs credēda sunt, nisi q̄ certis indicijs demonstratur, nisi q̄ manifesto iudicio cōuincuntur, nisi q̄ iudiciario ordine publicentur. Nullus enim qui suis rebus est spoliatus, aut a sede propria vi, aut terrore pulsus, anteq̄ omnia sibi ablata ei legibus restituatur, & ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sediq; proprie regulari restitutus eius multo tēpore libere potiat honorē, iuxta canonicam accusari, vocari, iudicari, aut dānari institutionē nō potest. Vnde & ecclesiastica hystoria ab Eusebio Cesaricēsi episcopo cōfecta de muliere quadā q̄ pro castitate a marito accusabatur ait. Preceptū, vel interdictū est ab imperatore lege lata, vt primo permitteretur ei rē familiarē libere diutius ordinare, tū deinde responderet obiectis. Hec oēs leges tam ecclesiasticę, q̄ & vulgares, publiceq; precipiunt.

SHorū vero cōcinnatiā si oīa ponerentur, ante desicerēt dies, & nimis proluxa fieret epistola. Ex pluribus tñ aliq; hic ad prouocationē aliorū inserere iudicauimus. Ait nāq; sc̄tus Leo Romane ecclesie antistes in epistola Calcedonēsi cōcilio missa, cuius initū est, Leo episcopus synodo Calcedonēsi, Optauerā quidē dilectissimi & cetera. In qua inter cetera sic testatur dicens. Quia vero nō ignoramus per prauas emulationes multarū ecclesiarū statū fuisse turbatū, plurimosq; fratres iniuste sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atq; in locū superstitū alios substitutos, His primitus vulneribus adhibeatur medicina iustitię, Ne quisq; ita careat proprijs, vt alter vtatur alienis, Quem ita errorē oēs relinquat, vt nemini quidē perire honor debeat, sed prioribus episcopis cū omni priuilegio suo ius propriū reformetur. Eadē & antiqui apostolici qui fuerūt ante synodū Nicenā sanxerūt, Eadē synodus q̄ habita est in Larissā sub Valeriano loquitur, Eadē plurime Ro. synodi testantur, Eadē papa Symmachus & ceteri sancti p̄ses sanxerūt, Quorū statuta prolixitatē vitates hic inferere distulimus, Si quis autē hec plenius scire, & legere voluerit, suis i auctoribus inuenire, & legere plenif poterit, Nobis vero hec in p̄fatiūcula ista sufficiāt, Et sicut militi ex multis armis illa sufficiūt que ferre cōgruēter super se poterit, sic nobis de multis sententijs vna, aut due, uel quātū tunc necesse fuerit sufficiūt, quā sicut cū vno telo, aut duobus inimicū vincimus, sic cū vna, aut duabus sententijs auctoritate plenius emulū superamus, Si enim de mulieribus & secularibus hominibus hec cōstituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris & sacerdotibus sunt cōcessa, Hec eadem vero ecclesiastica iura iubēt, & seculi leges p̄cipiūt, Similiter accusatores & accusationes, quas seculi leges prohibēt canonica funditus repellit auctoritas, Synodorū vero cōgregandarū auctoritas apostolice sedi priuata cōmissa est potestate, nec vllā synodū ratā esse legimus, q̄ eis nō fuerit auctoritate cōgregata, uel sulata, Hec canonica testatur auctoritas, hec hystoria ecclesiastica roborat, hec sancti patres confirmant.

SScire autē vos volo. lxxx. episcopos, qui hoc opus me incipere, & perficere coegit, & cunctos reliquos domini sacerdotes oportet, q̄ plura q̄ illa viginti capitula q̄ apud nos habentur Nicene synodi reperimus, & in decretis Iulij papę, lxx. capitula eiusdē synodi esse debere legimus, Quā epistolā in suo ordine inter cetera decreta apostolicorū posuimus, hec scrutatibus, & cūctis nosse volentibus rimādā, Nam q̄ plura q̄ viginti capitula sint Niceni cōciliij, in multis inuenitur locis, Legitur enim in Constan. cōcilio ita, Manifestū est q̄ illa que sunt per vnā quāq; prouintiā ipsius prouintie synodus

duſ diſpenſet ſicut Niceno conſtat decretum eſſe concilio. Legitur & in epiſtola Innocentiꝝ pape
Victorio Rothoma. epiſcopo directa ita. Si que cauſe, uel contentiones inter clericos & laicos, uel
inter clericos tam maioris ordinis q̄ etiam inferioris fuerint exorte, Placuit vt ſecunduꝝ ſynoduꝝ Nice-
nam congregatis omnibus eiꝝdeꝝ prouincie epiſcopis iudicium terminetur, & reliqua. Sancte etiã
memorie Theophilus Alexandrinus epiſcopus ſuis in epiſtolis meminit in cõcilio Niceno ſtatutuꝝ
eſſe vt ab. 8. idus Martij vſq; in idem Nonas. Aprilis, diebus ſcilicet. 28. qualicũq; luna nata fuerit
in qlibet medio ſpatio perhibet facere initiũ primi menſis, quartãdecimã vero a. xii. kalend. Aprilis
vſq; in. 18. kalend. Maij ſolenter inquiri, & ſi die ſabbatorũ inciderit, conſequenti die dominico, id
eſt luna. 15. paſca celebrare conſcripſit, & ſi die dominico luna. xiiii. eiꝝdem menſis, id eſt primi mē-
ſis euenerit ipſa ebdomada tranſmiſſa in alterum diem dominicuꝝ paſcha ſine dubio celebrare con-
ſcripſit. His & alijs q̄ plurimis exemplis patet plura eſſe q̄ viginti Niceni concilij capitula, & veram
eſſe predictã Iulij pape epiſtolam. Nobis autem quidã e cõſortio fratrum noſtorũ oriẽtales teſta-
ti ſunt ſe vidiffe conciliũ Nicenum habens potioreꝝ quatuor euãgeliorũ magnitudinẽ, continẽs
in ſe ſeſſiones epiſcoporũ, & introductiones, iudiciaq; querimoniarũ, atq; diffinitiones, & cõſtitu-
tiones, necnõ & ſubſcriptiones eorũ. Ad cuius ſimilitudinẽ magnum Calce, concilij conſcriptum
eſſe cõfirmauerunt, & demũ alia Conſtantinopoli condita, vñũ videlicet ſub Iuſtiniano imperatore
contra dei impugnatoreſ Origenem, didimũ, & Euagriũ, & aliud temporibus Agathonis pape,
& Conſtantiĩ imperatoris contra Macharium epiſcopum, & Stephanũ eius diſcipulũ, ac reliquos
epiſcopos, qui pro frumento zizania eccleſijs ſeminauerunt, vinũ miſcuerunt aque, & proximo
potum dederunt euerſione turbida, & tanq; lupi agni ſimulabant mendacium, & veritas vt menda-
cium refutabatur. ¶ Noſſe etiã oportet licet certa non infirmetur quatuor eſſe principalia concil-
lia ex quibus pleniffimam fidei doctrinam tenent eccleſie tam de patris & filij & ſpiritus ſancti di-
uinitate, q̄ de predicti filij & ſaluatoris noſtri incarnatione. Prior harum Nicena ſynodus eſt trecẽ-
torum decẽ & octo epiſcoporũ ſub Conſtãtino Auguſto peractã, in qua Arriane perfidie blaſphe-
mia condemnata, qua inequalitatem ſanctę trinitatis idem Arrius aſſerebat, conſubſtantialem deo
patri deũ filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolũ definiuit. Secunda ſynodus centũ quinquã-
ginta patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli congregata, que Macedonium ſanctum ſpi-
ritum dominũ eſſe negantem condẽnans conſubſtantialem patri & filio eundem paracletũ demõ-
ſtrauit, dans latius ſymboli formam, quam tota grecia & latinitas in eccleſijs predicant. Tertia ſyno-
dus eſt ephelina prima ducetorum epiſcoporũ ſub minore Theoſio Auguſto edita, que Neſtoriuꝝ
duas perſonas in chriſto aſſerẽtem iuſto anathemate condẽnauit oſtendens manere in duabus na-
turis vnam domini noſtri Ieſu chriſti perſonam. Quarta eſt ſynodus Calcedonenſis ſexcentorũ tri-
ginta ſacerdotum ſub Martiano principe habita, i qua Euticem conſtantinopolitanũ abbatem ver-
bi dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius deſenſorem Dioſcorum quõdam Alexan-
drinum epiſcopum, & ipſum ruruſum Neſtorium cum reliquis hereticis vna patrum ſententia pre-
damnauit, predicans eadem ſynodus chriſtum dominum ſic natum de virgine, vt in vna ſubſtantia
diuina, & humana conſiteantur nature. He ſunt (vt prediximus) quatuor principales & venerabiles
ſynodi, fidem catholicã cõplectẽtes Sed ſi qua ſint cõcilia que ſancti patres ſpiritu dei pleni ſanx-
erunt, poſt ipſorum quatuor auctoritatem omni manent ſtabilita vigore, Primo quidem ordo (vt
predictum eſt) de celebrando concilio inſertus habetur, & poſtmodum canonum apoſtolorum, ac
primorũ apoſtolicorũ, id eſt a ſancto Clemente vſq; ad ſanctũ Silueſtrum ſequens ordinem ſuum.